

cineresque eius in aerem spargendum debere, quod archiepiscopus Maguntinensis publice in cancellis sub concione verbi dei publicare fecit.

255,
48—256, 37

Dominus de Rapoltstain¹⁰⁶⁾ baro in Alsacia carnalem fratrem¹⁰⁷⁾ liberosque¹⁰⁸⁾ fratris¹⁰⁹⁾ noscitur habuisse, qui cum eo dominium debuissent jure hereditario possedisse. His hereditatem dare noluit, sed de dominio in quantum potuit extirpavit. His expulsis dominus de Rapoltstain¹¹⁰⁾ regem Rüdolphum cognatum suum adiit eique factam a fratre iniuriam flebiliter revelavit. Rex his auditis dominum de Rapoltstain¹¹¹⁾ possessorem domini vocavit et familiariter eum alloquitur, ut liberis fratris sui nec non et patri eorum hereditatem paternam propriam, id est porcionem domini, tribuere vellet. Tunc dominus de Rapoltstain respondit domino regi: Si fratri meo suisque liberis hereditatem^{t)} dividerem, inops ac pauper ac sine dominio remanerem, ideo hec facere nolo nec in hoc alicuius precibus acquiescam. Tunc rex agit: Si res non tuas cum heredibus non diviseris, te quanto potuero cicius obsidebo et te tamquam rebellem de dominio tuo totaliter extirpabo. His completis dixit rex domino de Baldegk¹¹²⁾ suo fidelissimo procuratori, quatenus assumptis civibus Columbarensibus et Kaysersperg et aliis vicinis civitatum civibus, ut Rapoltstain obsiderent¹¹³⁾. Et hoc mandatum dominus de Baldegk fideliter adimplevit. Accepit enim cives prenominatos, Rapoltstain obsedit, villam Berchaim¹¹⁴⁾ per ignem destruxit, segetes et agros depopulatus est et vineas aliquas extirpavit. Videns autem, quod cives eum non fideliter adiuverant, quia baroni tamquam bono vicino bene voluerunt, ab obsidione post triduum recedebat. Timens autem dominus de Rapoltstain regem, dominos vicinos suos adiit eosque supliciter rogavit, ut nec eum nec suos subditos^{u)} propter aliquem infestarent. Hoc autem quidam de consilio regis amicabiliter

t) Hs. heredatem

u) Hs. subtitos korrigiert aus
suptitos

¹⁰⁶⁾ *Anselm von Rappoltstein, urkdl. 1277—1311, gest. 1311.*

¹⁰⁷⁾ *Heinrich von Rappoltstein, urkdl. 1285—1312, gest. wahrscheinlich 1313.*

¹⁰⁸⁾ *Davon bekannt nur Heinrich von Rappoltstein, urkdl. 1288—1351.*

¹⁰⁹⁾ *Ulrich von Rappoltstein, gest. 11. 4. 1283.*

¹¹⁰⁾ *Heinrich von Rappoltstein, gest. wahrscheinlich 1313.*

¹¹¹⁾ *Anselm von Rappoltstein, gest. 1311.*

¹¹²⁾ *Hartmann von Baldeck (Baldegk), gest. 1295. Reichsvogt zu Basel, Burggraf zu Rheinfelden und Pfleger in den oberen Landen 1275—1289. Landvogt zu Burgund 1282.*

¹¹³⁾ *Durchführung etwa nach dem 10. 5. 1287. Vgl. RI, Nr. 2112 a.*

¹¹⁴⁾ *Bergheim, Kreis Rappoltsweiler.*